



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Adoptio filiorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

CONSIDERATIO XXXIV.

AMOR DEI,

Adoptio filiorum.

Adoptio, & præcipuus effectus Amoris Divini est, fieri filios Dei adoptivos: quod fit 1. per infusionem gratiæ: quia *Caritas DEI diffusa est in omnes nostris.* 2. per communicationem Naturæ: quia per Gratiam efficiuntur *divina consortes Naturæ.* 3. per dationem Spiritus Sancti *qui datus est per Gratiam.* 4. per inhabitationem SS. Trinitatis. *in manum apud eum facimus.* 5. per adoptionem gratiæ: per quam adoptio divina acquirit ultimam suam perfectionem.

Hæc filiatio DEI est summa dignitas Christiani: quia non est adoptio solum & filiatio externa existimata, sed realis, & interna, cum infusione gratiæ, & communicatione Naturæ divinæ. Unde in Christo divinum, Christus & homo justus, conveniunt in communicatione ejusdem Naturæ, quamvis modo Verbum accipitur eam per generationem, Christus per unionem substantialem, anima iusti per unionem accidentalem Gratiae.

ergo mediante amore, summus veri filij Dei, quod ait Apostolus, *Imitatores DEI estote, sicut & filij carissimi.* Debemus ostendere nos filios, & imitationem Patris nostri Dei. Et in quo? *Ambrosius dilectione:* vivite in exercitatione sancti Amoris, ut Philosophi dicunt, eadem est causa producens, & conservans. Si amor est causa dignitatis hujus in anima, idem conservabit eam, & ad ultimam perfectionem perducet.

C

CON-